



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Clericorum Cvm Foeminis Cohabitatione, Licitane Ea Sit An Non, Tractatus Ethicvs

Bossem, Matthias van

Dvaci, 1586

Nænia Avtoris In Spem Sanctæ Et Necessariæ Reformationis Pene  
Deploratam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45844**



NENIA

AVTORIS IN SPEM  
SANCTÆ ET NECESSARIÆ  
REFORMATIONIS RE  
DEPLORATAM.



Ondidit & condit varias ecclesia leges;  
Lux mundi melior clerus ut esse velit.  
Accumulatq; libros sacrorum turba virorum  
Innumeros: sed quis fructus, & utilitas?

O dolor: ad praxin simulatque venit & usum,  
Postulat esse canon tunc sibi quisque suus.  
Iustarum hinc tandem legum ratione subacta,  
Possidet imperium velle cuique suum.  
Pravorumq; adeo duratur robor amorum;  
Nulla ut eos iuris pellere furca queat.  
Spiritus alme deus, tu corda rebellis, dulci  
Sub freno Christi, numine flecte tuo.  
Tum mater canones quos sancta ecclesia tradit,  
Tu fac ut ostendant robur ubique suum.  
Fac quoque de nostris passim qua moribus extant,  
Sanctorum placeant dogmata sancta patrum.  
Fac surgant Iephthæ, surgantq; noui Gedeones,  
Surgant Sampsones, flammæ turma virum.  
Surgant & Phinees: quorum cataphræta, scelestos  
In contemptores, mox ruat arma manus.  
Hæc tibi sancte deus puro si corde litamus,  
Quæso sacerdotis suscipe vota tui.  
Μένεινθεος.  
Ισχυρόν ὁ νόμος ἐστίν, ἢν ἀρχόντ' ἔχη.

